

VII

Prologus Jacobi Locher

Philomusi: in Narrogoniam Incipit.

QUoniam mecum diu multumque cogitarem: lectores fauentissimi: de rebus humanarum cursu confusissimo: comperi mehercule: ex meditatione mea vigilantibus plurimos errorum gradus: quibus humanum genus in precipitium labitur. Ad sanandas igitur mortalium egritudines / perturbacionesque intolerabiles: plerique sapientes ac litterati homines: fructuosissima dogmata scripsere: quae vulnera mentis lacerat / Aesculapio melius sanaret. Quippe apud Graecos primitus instituta fuere gymnasia Philosophia Socratica. in quibus salubris profitebatur medicina: quae perturbatis animis fomenta ac nutrimenta iucundissima conferbat. Vnde & Socrates ille maximus philosophiae cultor primus de moribus disputare cepit. Cum enim in rebus naturalibus: certum bonorum ac summam felicitatis finem ponere nequiret: mentis suae contemplationes sublimes: ad moralium virtutum studia contulit: & tantum in philosophia emicuit: ut ipse e caelo philosophiam euocasse diceretur. Is enim cum mortales ipsos proclives ac prope ad vicia conspiceret: hoc remedio confusis moribus occurrere cogitans in publica Atheniensium palestra: ea docuit precepta: quae summi boni fontes lapidos recludunt. Post fatum vero Socratis: successit diuinus ille Plato: qui bonam aetatis suae pro Platonica disciplina. in morali Sophia confusit. nec ab re: quo nam enim studio melius aut sanctius humano succurrere potuisset generi? Scripsit saluberrimas leges: edificauit